



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Art. I. De Sacramentis in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

ARTICULUS I.

De Sacramentis in genere.

I. De his quinque potissimum quæstiones controversæ apud Theologos Scholasticos occurrunt, videlicet de Essentia Sacramenti, de causalitate, de effectu, de Ministro suscipiente; de quibus totidem quæstiones breviter hoc modo proponuntur.

II. Q. 1. *Quid de Essentia Sacramenti doceant Theologi Scholastici?* Resp. Sequentia communius doceri. 1. Non sufficere, ut Sacramentum significet quamcunque Sanctitatem, ut Canus & Bellarminus voluerunt, sed debere veram Sanctitatem internam ac perfectam seu gratiam significare, alioqui enim difficulter ab aliis cæremoniis, quæ non sunt Sacramentum, distinguerentur. 2. Non sufficere quoque ut Sacramentum significet tantum gratiam (quem admodum Vasquez & nonnulli alii voluerunt) sed requiri etiam, ut sit signum practicum, sanctitatem saltem aliquam, perfectam vel imperfectam conferens, uti inductione probatur. 3. Non requiri necessariò, ut gratiam internam causet, sicut Leges contra communem aliorum doctrinam contendit. 4. Requirit tamen aliquam stabilitatem, ut Populum Dei designet, & in anteriore cultu ab aliis sectis distinguat; in quo teste Arriaga, omnes ferè Authores conveniunt contra Lugonem & Dicastillo. 5. Juxta S. Thomam quidem & veteres Saeculos Recentiores Sacramenta Novæ & Veteris legis analogicè tantum convenire in ratione Sacramenti; contrariò tamen sententiam, quæ ea uni voce convenire contendit, communior esse, teste Tannero d. 3. q. 1. n. 45. 6. Communior quoque esse Sententiam ejusdem Tanneri. n. 36. & Sænti ac Valent. ib. ec. qui contendunt rationem signi principalem esse in Sacramento, quàm rationem causalitatis (quæ magis præcipuam esse Bellarminus contendit) eò quòd à significatione rei Sacræ potissimum Sacramenti nomenclatura ortum duxerit, & non à causalitate, alioqui Deus Sanctificans homines Sacramentum dici deberet, inquit Tann. 7. Et ètè proinde definiri Sacramentum hoc modo: *Est inceptio gratiæ signum sensibile ad homines Sanctificandos à Deo inspirato*

8. Ad omne Sacramentum requiri Materiam & formam, quæ tunc substantialiter variata censetur, quando non amplius manet eadem significatio Materie vel sensus in rebus à Christo præscriptis; unde licet multi apud Suar. d. 2. velint vitari formam, quando Minister intendit novum ritum aut hæresim introducere in Ecclesiam, contra tamen communiter docent Recentiores, existimantes generalem intentionem, quâ talis Minister intendit facere, quod Ecclesia præcipit, & Christus instituit, particularem intentionem erroneam corrigi ac emendari. 9. In omni statu (excepto statu Innocentia) fuisse aliqua Sacramenta instituta, in statu quidem Naturæ lapsæ remedium parvulorum quod communiter Theologi contra Vasquez etiam extantam quandam actionem requirunt, & intentionem faciendam, quod facit Ecclesia, non autem fidem formatam quam Vasquez; nec fidem explicitam Redemptoris, quam Lugo; & implicitam ejusdem, quam Arriaga requirit, necessariam esse afferunt) in lege scripta circumcissionem, consecrationem Pontificum, etiam agni Paschalis, Sacrificia pro peccatis; in lege gratiæ ea septem, quæ Catholica Fides docet.

III. Q. 2. Quid de causa & causalitate Sacramentorum dicant Theologi? Resp. sequentia ferè. 1. Omnia Sacramenta à Deo immediatè, Sacramenta novæ legis verò à Christo etiam, quæ Homo est, fuisse instituta, & quidem potestate nulli creaturæ communicabili, licet alia potestas communicari queat, uti communiter sentiunt Doctores, testatur Tann. q. 2. n. 18. contra Scotum & Vasquez. Consistit hæc potestas excellentia, sive, ut alii vocant, *authoritas* in hoc, ut S. Thomas q. 64. a. 3. notat, quod Sacramenta omnia vim suam habeant ex meritis Christi; & in hoc per invocationem nominis ejus sanctificentur, & perficiuntur: ipsæque etiam ut Homo instituere possit talia sacramenta, & effectum illorum sine exteriori Sacramento conferre. 2. Sacramenta legis Naturæ & Mosaicæ juxta multum quidem, teste Haunoldo l. 4. n. 629. saltem per modum institutionis gratiam ex opere operato conferre; verum pro huiusmodi & communiorem hodie sententiam, vel absolutè ipsa hanc efficientiam ex opere operato conferre, uti Tann. n. 18. cum plurimis ib. cc. contendit; vel certè non nisi



nisi denominativè ab actu interno, Fidei & protestatione per quem applicabantur, eam gratiam contulisse, uti Haunoldus n. 634. cum Arrubal, Esparza, Dicastillo, & Pallavicino sentit. 3. Sacramenta novæ legis omnia gratiam ex opere operato, & quidem physice juxta Thomam Suar. Valent. Tann. Dicastillo & alios; juxta Receptorum verò moraliter duntaxat causare. 4. Probabiliter non tantum Sacramenta mortuorum per se, sed etiam Sacramenta vivorum per accidens causare primam gratiam, uti Arriaga d. 16. S. 1. n. 8. omnes Thomistæ & Scotistæ Suar. Valent. Bell. Præp. Tann. & multis aliis contra Lugon. Dicastillo, & alios RR. 5. Sacramenta Valide licite suscepta juxta communem sententiam non continent suum effectum, nisi dum actu existunt; ubi tamen semel extiterint, probabiliter omnia reviviscere, si valida & intacta esse possint, uti Arriaga S. 6. n. 14. cum aliis à se dissentiet contra alios, qui talem reviviscenciam negant vel limitant in Eucharistia, ut Suar. Lugo & alii; vel Eucharistia simul in Matrimonio, uti Palud. & Silvest. apud Vasq. vel solis Sacramentis characterem non imprimentibus, uti antiqui nonnulli; vel solis Sacramentis vivorum, uti Durandus; vel omnibus præter Baptismum, uti Vasq. Præp. Becan. & alii; vel omnibus simpliciter, uti Scotus & Scotistæ.

IV. Q. 3. Quid de effectu Sacramentorum dicunt Theologi? Resp. tria præcipue. 1. Ab omnibus gratiam habituales cum annexis virtutibus, & præterea etiam Sacramentales conferri. 2. Gratiam istam Sacramentales esse specie distinctam ab habituali, ut Paludanus & alii voluerunt; nec in alio quopiam habitu à virtutibus distinctam, sed tantum in denominatione extrinseca consistere, quoniam scilicet intuitu Sacramenti suscepti gratia Sacramentalis acquirit jus ad specialia auxilia naturæ cujusque Sacramenti proportionata exigenda. 3. Ab aliquibus, necesse est imprimi, qui non est relatio tatem prædicamentalis, ut Scotus voluit; nec modalis entitas, uti Scotus contendit. Sed absoluta qualitas vel intellectui, ut vult S. Thomas Thomistæ; vel voluntati, ut Scotus & Scotistæ sentiunt; vel utrique, ut D. Boaventura putat; vel ut alii commentati

potent ipsi animæ impressa indelebilis ex natura sua, & intentionis incapax, quæ vel ex intrinseco prædicato, ut Lugo & Salas putant; vel certè ut probabiliter, & communius censent, ab extrinseca Dei institutione accepit vim figurandi ad cultum Dei.

V. Q. 4. *Quid de Ministro Sacramentorum doceant Thomæ?* Resp. sequentia præcipuè. 1. Ex vi præsentis Institutionis ordinarium Ministrum esse quidem solum hominem, ex speciali tamen commissione etiam Angelo vel anime separatae eam potestatem committi posse, eò quòd omnes ad Sacramentum requisitas ponere possint, uti S. Thomas, Arriag. Dicastill. & alii contra Lugonem docent. 2. Non requiri essentialiter statum viatoris ad Ministrum Sacramenti, eò quòd durum videatur concedere, Sacerdotem, autem beatum, si in terras mitteretur, ut iterum esset viator, iterum baptizari & confirmari, ac consecrari debere; ut docent Licet, Arriag. post D. Thomam contra Lugonem & Arriag. docent. 3. Requiritur tamen rationis usum in Ministro, atque adeò non sufficere, ut quis ponat in ebrietate actionem sacramentalem, licet ante ebrietatem intentionem legitimam elicerit; quia ad Sacramentum requiruntur actiones & verba humano modo prolata; ad hoc autem requiritur iuxta Pallavicinum apud & cum P. Haunoldo n. 689. ut tali modo proferantur, ut in contractibus & obligationibus sint apta significare animum se obligandi, & acceptum legitimandi, & insuper talem animum non fuisse receptum; talis autem aptitudo quæ ex pacto vel usu hominum acquiritur, neutro titulo actionibus & verbis ebrii hominis convenit. 4. Requiritur etiam intentionem, quæ non debet esse actio externa (ut Catharinus & Scribonius ab omnibus rejecti voluerunt) sed verè Sacramenti confectio intentionem, sive per actualem, sive per virtuales intentionem, ut vel consistit in applicatione potentiarum externarum intentionem facta, ut Suar. Vasq. Arriag. Scotus & multique volunt; vel in actibus voluntatis imperceptibilibus exterioribus, ut Lugo explicat; vel in applicatione à appetitu sensitivo (si intellectus sit ligatus) causata, ut Pallavicinus & Haunold. n. 689. contendunt. 5. Intentionem debet semper absolutam requiri, sed etiam conditionatam suffi-

sufficere, si conditio adhuc existat, vel de præterito existat, materia
etiam si ignoretur, uti communis, & teste Suarez, certissima
sententia contra Elparzam docet.

VI. Q. 5. *Quid de suscipiente doceant Theologi?* Respon-
siones sequentia præcipue. 1. Requiritur quidem etiam in suscipiente
te adulto intentionem suscipiendi Sacramentum (quod si
ceat, ut ejusmodi gratiæ non conferantur, nisi voluntate
suscipientibus) sufficere tamen si habitualis sit, eo quod
suscipiens non habeat se ut Minister Christi, & operans non
ne alterius, sed merè passivè se habeat. 2. Aequaliter de
sponsis non nisi æqualem gratiam conferri per idem species
Sacramentum, uti communiter docent Theologi contra alios
Scotum, Paludanum, & nonnullos alios volentes vel ex
luntate DEI, vel propter merita Parentum aut Ministrorum
aut circumstantias aliquando inæqualem gratiam conferri
3. Per dispositionem cujus intuitu major gratia datur
non intelligi gratiam habitualem, sed solos actus super-
turales, & quidem probabiliter non illos duntaxat, qui dantur
actu Sacramentum suscipitur, exercentur, sed etiam præ-
intuitu Sacramenti suscipiendi eliciti sunt, uti Lugo, contra
Arriagam docet. 4. Sacramentum cum obice susceptum
remoto obice, probabiliter gratiam conferre secundum dis-
positionem, quam subjectum habebat, quando susceptum
est Sacramentum, uti Suar. Coninck. & Arriaga contendunt.
licet Lugo & Vasq. probabiliter doceant, in tali casu conferri
ri gratiam juxta dispositionem, quæ remoto obice repetitur.
5. Subjectum capax Sacramentorum de via ordinaria est
quidem solum hominem viatorem, nihil tamen obstat, quod
minus etiam Angeli & Beati de potentia DEI absolute Sa-
cramentum recipere possint, uti Suar. & Dicastillo contra
communioem aliorum sententiam docent.

ARTICULUS II.

De Baptismo & confirmatione.

I. Q. 1. *Quid de Baptismi Sacramento specialiter do-
cent Theologi?* Resp. sequentia. 1. Esse ablutionem corporalem
exteriorem sub præscripta verborum forma ad spirituales
regenerationem institutam. 2. Baptismum hunc tam quoad